

est Jure novo c. Si vir. 2. h. t. quod præ illo observandum est per ea, quæ de Juris correctione diximus Lib. I. Tit. II. §. XIX. a. n. 490.

TITULUS XII.

De Cognatione Legalis.

SUMMARIUM.

- 1 Ratio Continuationis.
- 2 Adoptio quid, & quotuplex? Arrogatio quid?
- 3 Quinam adoptare possint? ubi & de conditionibus Adoptantis.
- 4 Cognatio Legalis quid, & unde?
- 5 Cognatio Legalis est triplex, Paternitas nempe;
- 6 Fraternalitas: Inter quos hæc versetur? usque ad num. 9.
- 7 Et affinitas Legalis.
- 10 Cognatio Legalis etiam ex simplici, seu minus perfecta Adoptione oritur.

1 Altera Cognationis species est Legalis, ideò sic dicta, quia primitus à Legibus inventa, l. Adoptionis, 14. ff. de Ritu nupt. & §. 1. ac 2. Instit. de Nupt. ac postea per Canones recepta est, c. un. h. t. & can. 1. dist. 30. q. 3. Quoniam verò Cognatio hæc ex Adoptione provenit juxta dicenda; prius breviter de Adoptione videndum est. Hinc

2 Queritur I. Quid, & quotuplex sit Adoptio? de quibus? & quomodo fieri possit? Merito præmittitur hæc quæstio, ut sequens pro hac Rubrica propriè faciendæ meliùs intelligatur. Resp. I. Adoptio secundum D. Thomam in 4. dist. 42. q. 2. a. 1. & communem aliorum est actus legitimus, per quem is, qui naturà filius non est, in adoptantis filium aut nepotem assumitur. Dividitur in perfectam, quæ etiam Arrogatio dicitur, & minus perfectam, quæ Adoptio simplex, & in specie vocatur, l. 1. ff. de Adoption. Perfecta seu Arrogatio est, quæ persona extranea, sui juris existens, auctoritate seu Rescripto Principis ita assumitur in filium aut nepotem, ut transeat in potestatem & familiam adoptantis, fiatque hæres ipsius necessarius, arg. §. 1. Instit. de Adopt. & l. 2. c. eod. Adoptio imperfecta, seu Adoptio in specie (quæ etiam simplex nominatur) est, quæ persona extranea, quæ nondum sui juris, sed adhuc sub patris, vel avi potestate constituta est, auctoritate inferioris, cuiusque tandem Judicis competentis in filium aut nepotem ita assumitur, ut non transeat in potestatem & familiam adoptantis, sed maneat etiamnum sub patris aut avi sui potestate; & præterea etiam hæres necessarius in Testamento non fit, licet ab intestato succedat cit. §. 1. & 2. Instit. de Adopt. De qua duplici Adoptione vide plura apud Legistas in Lege. Instit. ff. & c. de Adoption.

3 Resp. II. Ad hoc, ut Adoptio legitimè fiat, plures requiruntur conditiones, veluti I. Ut Adoptans sit masculus, nam femine adoptare non possunt, nisi ex speciali concessione Principis, §. Famine 10. Instit. de Adoption. ubi ratio additur: quia nec naturales liberos in sua potestate habent. II. Ut ex natura sit potens ad generandum, unde spadones adoptare non possunt, §. 9. Instit. eod. bene verò Sacerdotes, utpote qui non à natura, sed per accidens, & moraliter tantum inhabiles sunt ad generandum, Sanchez lib. 7. Disp. 63. Abbas in c. un. h. t. num. 4. & Hostiensis numer. 4. III. Ut 18. annis in ætate præcedat adoptatum §. 6. Instit. eod. IV. Ut sit sui juris & Major 25. annis; quia aliàs

nondum habet administrationem suorum bonorum. Plura de his vide apud Legistas in Instit. ff. & c. de Adoption. & etiam Sylvester §. Adoptio.

4 Queritur II. Quid? & quotuplex sit Cognatio Legalis? unde proveniat, & inter quos Impedimentum Matrimonii dirimens constituit? Resp. I. Cognatio Legalis est propinquitas personarum, quæ ex Adoptione provenit, & inter certas personas Matrimonium dirimit. Ita in re communis per Jura n. 1. allegata. cum Concordantiis.

5 Resp. II. Cognatio legalis triplex est, Paternitas, nempe, Fraternalitas, & affinitas Legalis, Paternitas Legalis est Cognatio inducens Impedimentum in linea recta inter adoptantem tanquam patrem Legalem, & adoptatum tanquam filium, adoptatque descendentes, nepotes, & pronepotes, §. 1. Instit. de Nupt. & l. Quin etiam. 55. ff. de Ritu Nupt. Et inter hos Impedimentum perpetuo durat, ita ut etiam Adoptione per emancipationem soluta, adhuc perseveret, can. Ita diligere. cau. 30. q. 3. & cit. l. Quin etiam ff. de Ritu Nupt. ac §. 1. Instit. de Nuptis, ubi statuitur: ut quamvis per adoptionem parentum, liberorumve loco sibi esse ceperint, non possint inter se Matrimonio jungi: in tantum, ut etiam dissoluta adoptione idem Juris maneat, ita eam, quæ tibi per adoptionem filia, vel neptis esse ceperit, non poteris uxorem ducere; quamvis eam mancipaveris.

6 Fraternalitas Legalis est Cognatio in linea transversa Impedimentum inducens inter liberos naturales legitimos adoptantis, & adoptatum tanquam fratres & sorores Legales. Quod tamen Impedimentum non perpetuo durat, sed expirat expiratione Adoptione, §. Inter eas. 2. Instit. de Nupt. & c. un. h. t. ibi: Si qua mihi soror per Adoptionem esse ceperit, quamdiu durat Adoptio, inter me & ipsam nuptiæ consistere non possunt. Concordat l. Per adoptionem. 17. ff. de Ritu Nuptiar. ibi: Per Adoptionem quasitas Fraternalitas eo usque impedit nuptias, donec manet Adoptio, ideoque eam, quam pater meus adoptavit, & emancipavi, poteris uxorem habere, æque, etsi me emancipat illam in potestate retinuerit, poterimus jungi Matrimonio.

7 Dicitur autem notanter inter liberos legitimos adoptantis; quia inter liberos carnales illegitimos adoptantis & adoptatum non confurgit Cognatio legalis, sicut nec inter filium illegitimam adoptati & adoptantem, vel legitimos ejus liberos, ut cum communi aliorum bene docet Sanchez lib. 7. Disp. 63. n. 30. Sporer p. 4. cap. 1. sect. n. 85. Pirhing h. t. num. 9. Ratio est; quia illegitimi nomine naturalium liberorum non veniunt, neque sub patria potestate sunt, §. Si adversus. 12. Instit. de Nupt. quæ potestate non existens, vel cessante cessat Adoptio, & consequenter etiam Cognatio Legalis, can. Per Adoptionem 6. cau. 30. q. 3.

8 Pariter non confurgit Cognatio Legalis, nec Impedimentum dirimens inter ipsos adoptivos, si plures ab eodem adoptantur, ut bene advertit Glossa communiter recepta in c. un. h. t. Tum quia nullo Jure invenitur tale Impedimentum: Tum quia inter filium & filiam spirituales ejusdem patris spirituales non versatur Impedimentum; ergo multò minus inter duos adoptivos, cum hi minus sint conjuncti, quam illi, arg. can. Diligere. cau. 30. q. 3.

9 Affinitas Legalis est Cognatio inter adoptantem & inter uxorem adoptati, & vicissim inter adoptatum & uxorem adoptantis, inter quos inducit Impedimentum etiam soluta Adoptione, consequenter perpetuo durat. Omnes, textu expresso l. Adoptivus. 14. prin. ff. de Ritu Nupt. ibi: Adoptivus filius, si emancipetur, eam, quæ patris adoptivi uxor est, ducere non potest, quia noverat locum habet.

Resp.

§. I.

De Consanguinitate & Impedimento inde confurgente.

SUMMARIUM.

- 2 Consanguinitas quid, & unde?
- 3 Ut collaterales consanguinei sint, debent ab uno tertio debite propinquo descendere: secus est in linea recta.
- 4 Consanguinitas, seu Cognatio naturalis alia est naturalis tantum, alia naturalis & civilis simul.
- 5 Agnati & Cognati; Agnati & Cognati quid?
- 6 Tam Agnatio, quam Cognatio causat Impedimentum.
- 7 Linea Consanguinitatis quid? Et quid Stipes?
- 8 Linea Recta descendens & ascendens quid?
- 9 Linea Transversalis quid? alia est equalis, alia inæqualis.
- 10 Gradus quid?
- 11 Computatio Graduum aliter fit de Jure Civili, aliter de Jure Canonico. Arbor Consanguinitatis. Ibid.
- 12 Annotatio ad Arborem pro diversitate numeri in ea positi.
- 13 Regula computandi & cognoscendi Gradus Consanguinitatis in linea recta.
- 14 Regula pro linea transversali equali.
- 15 Regula pro linea transversali inæquali.
- 16 Practica declaratio Arboris, & Cognatio distantis personarum inter se usque ad n. 24.
- 17 Ulterior declaratio præsertim pro linea Recta.
- 18 Pro linea Transversali equali,
- 19 Et inæquali.
- 20 Annotatio de Nominibus personarum in Arbore positarum.
- 21 Quorundam error.
- 22 In comparatione Graduum attendi debet ad communem stirpem proximam.
- 23 Practica computatio Graduum, Arbore ad manum non existente.
- 24 Consanguinitas Jure antiquo usque ad septimum gradum dirimebat, & Affinitate, & hodierno autem novo Jure tantum ad quartum dirimit.
- 25 Impedimentum Consanguinitatis in linea recta Jure Ecclesiastico in infinitum dirimit.
- 26 Quoad primum gradum ejusdem lineæ etiam Jure natura.
- 27 Imò etiam quoad reliquos gradus lineæ recte Jure naturali dirimit.
- 28 Inter consanguineos primi gradus lineæ transversæ, fratres nempe & sorores Matrimonium Jure natura dirimit.
- 29 Ratio hujus allegatur.
- 30 Solvuntur instantiæ.
- 31 Inter consanguineos secundi & ulterioris gradus lineæ transversæ, Jure solo Ecclesiastico dirimitur Matrimonium.

10 Resp. III. Omnino probabile est, quòd Cognatio Legalis, & Impedimentum inde proveniens non tantum ex Adoptione perfecta, seu Arrogatione, sed etiam imperfecta seu Adoptione simplici, sive in specie confurgat. Glossa in c. un. h. t. & ibi Abbas n. 5. Ancharanus n. 8. Covarruvias p. 2. de Matrim. cap. 6. §. 5. n. 2. Gutierrez de Matrim. cap. 102. n. 5. Barbosa de Offic. & potest. Episc. Allegat. 51. n. 189. cum communi aliorum; quibus favet Scorus in 4. dist. 42. q. un. n. 3. hoc ipso, quòd ibi Glossæ opinione alleget, & non refutat, consequenter tacitè approbet. Ratio est; quia Jura indistinctè loquuntur; consequenter indistinctè veniunt intelligenda. c. Quia circa. 22. de Privileg. præsertim quòd Adoptio in specie, seu simplex, licet tam perfecta non sit, quam Arrogatio, verè tamen ac in sensu proprio fit, & dicitur Adoptio, textu expresso §. 1. prin. Instit. de Adoption. ubi Adoptio propriè dicta dividitur in Arrogationem, & Adoptionem simplicem.

TITULUS XIII.

De Eo, qui cognovit Consanguineam Uxoris suæ, vel Sponsæ.

1 Ratio Ordinis, & Remissionis hujus Tituli.

1 V Iliis Cognatione spirituali, & Legali, atque Impedimentis inde provenientibus, recto ordine pergitur ad Cognationem naturalem, seu carnalem, quæ vulgari sermone tam Affinitatem, quam Consanguinitatem comprehendit; siquidem etiam Affines soleamus vocare Cognatos, quamvis propriè Cognati non sint, ut bene advertit Alexander Papa can. Quòd autem. 5. cau. 35. q. 5. ibi: Quòd autem frater sorore uxoris tuæ, cognati tui dicuntur, æquivocationis Jure fit, & necessitate vulgaris appellationis potius, quam ullà causâ cognationis. Et quoniam Affinitas alia oritur ex copula licita, alia ex copula illicita, Compiler Canonum priùs posuit præsentem Titulum, in quo agitur de Affinitate ex copula illicita. Verùm quia etiam sequens Titulus est de Consanguinitate, & Affinitate, ubi Affinitas dividitur, & membra divisa explicantur, commodiùs, & majoris claritatis gratiâ etiam de Affinitate ex copula licita, consequenter de tota materia hujus Tituli in sequenti Titulo agemus. Et quidem de Affinitate ex copula cognoscens consanguineam uxoris. §. 2. d. n. 32. de Affinitate verò ex copula cognoscens consanguineam Sponsæ eod. §. 2. d. n. 62.

TITULUS XIV.

De Consanguinitate, & Affinitate.

1 Ratio Ordinis & Divisionis.

1 D Uas, ut patet, partes habet præfens Titulus, Prima est de Consanguinitate, & inde confurgente Impedimento Altera de Affinitate & Impedimento inde proveniente. Hinc in duos Paragraphos præsentem Titulum dividemus, & ordinem Rubricæ sequentes, in primo de Consanguinitate, in secundo verò de Affinitate agemus.

2 Queritur I. Quid? & quotuplex sit Consanguinitas? Item quid Linea, & Gradus ejusdem? Resp. I. Consanguinitas est propinquitas seu conjunctio personarum ex eo proveniens, quòd vel una per carnalem propagationem descendat ab altera, vel ambe aut plures ab eodem tertio progenitore debite adhuc propinquo. Est in re communis, patebitque ex seqq. Dicitur per propagationem carnalem, ad differentiam Cognationis spiritualis; Legalis, & etiam Affinitatis.

Dicitur

3 Dicitur ulterius, ab eodem tertio progenitore debet propinquo, quo indicatur, non esse, nec dici consanguineos illos, qui quidem ab eodem, sed tamen valde remoto tertio progenitore descendunt, alias enim omnes homines essent consanguinei, utpote cuncti ab eodem tertio progenitore, Adam nempe descendentes, quod falsum invenitur. Nam prælata propinquitat vocatur consanguinitas à *Con* & *sanguis*; quia est una & communis sanguis, seu sanguinis unitas, arg. L. 1. §. *Consanguinei*. 10. ff. de *Suis & legit. hered.* quæ sanguinis unitas iudicio hominum non amplius adesse, nec idem sanguis amplius ita participari censetur, ut ratione illius singularis aliquis aff. sus inter Collaterales causetur, si communis stipes aut progenitor, à quo alii descendunt, nimio intervallo distat, & idem sanguis per diversam commixtionem nimis dispergitur. Quamvis aliter res se habeat inter consanguineos in linea recta, quorum unus ab altero descendit; hi enim Genitoris etiam remotissimi, à quo in linea recta descendunt, veri consanguinei sunt, ut proin cuncti homines, licet inter se omnes consanguinei non sint, omnes tamen veri consanguinei *Adami* sint.

Reliquæ particulæ patebunt ex sequentibus.
 4 Resp. II. Cognatio naturalis quæ *Consanguinitas* variè dividitur. Et quidem I. In naturalem tantum, & in naturalem ac civilem simul, l. *Non facit*. 4. §. 2. ff. de *Gradib.* *Naturalis tantum* est inter illos, qui ab eodem stipite per carnalem propagationem illicitam v. g. vel adulterinam proveniunt, ut L. 4. §. 2. ff. de *Gradib.* *ibi: Naturalis Cognatio per se sine civili cognatione intelligitur, quæ per feminam descendit, quæ vulgò liberos peperit. Naturalis & civilis simul est inter illos, qui ex legitimis nuptiis, ab eodem stipite proveniunt, cit. L. 4. §. 2. ff. de *Gradib.**

II. Dividitur, in Cognationem in specie, seu propriè talem, & in Agnationem, l. *Jurisconsultus*. 10. §. 2. & 4. ff. de *Gradib.* *Cognatio in specie* intercedit inter illos, qui per feminas tantum conjunguntur, & propterea etiam propriè *Cognati* dicuntur, cit. L. 10. §. 2. ff. de *Gradib.* *ibi: Qui per feminas conjunguntur, cognati tantum nominantur.* *Agnatio* vero intercedit inter illos, qui per lineam paternam sunt conjuncti, cit. L. 10. §. 2. ff. de *Gradib.* & §. 1. *Instit. de Legitim. agnat.* *ibi: Sunt autem agnati, cognati per virilis sexus personas conjuncti, quasi à patre cognati. Itaque ex eodem patre nati fratres, agnati sibi sunt &c. nec requiritur, an eandem etiam matrem habuerint.*

Verùm utraque hæc Cognationis naturalis, seu Consanguinitatis divisio ad præsens non attenditur; siquidem juxta communem DD. tam *Consanguinitas naturalis solùm*, quàm *naturalis ac civilis simul* Matrimonium dirimit, arg. c. *Per tuas*. 10. de *Probat.* & l. *Adoptivus*. 14. §. 2. ff. de *Ritu nupt.* sicut etiam æquè Matrimonium dirimit *Cognatio in specie*, quàm *Agnatio*; imò hæc duæ Consanguinitates in ordine ad Matrimonium promiscuè sumuntur, & confunduntur, arg. can. 1. & 2. cau. 35. q. 2.

III. Dividitur Consanguinitas in Lineas, & Gradus; seu potius ipsi consanguinei dividuntur, ac distinguuntur per Lineas, & Gradus. Qualis Linea est ordinata series seu collectio personarum ab eodem stipite descendenti, arg. L. 1. ff. de *Gradib.* quæ duplex est, *Recta* nempe, & *transversa*, seu *collateralis*, l. *fn. ff. de Ritu nupt.* cum Concordantiis.

Ante cujus declarationem sciendum prius, quid Stipes sit? Est videlicet, & dicitur *Stipes* illa persona, à qua (sive mas, sive femina sit) personæ

aliæ, de quarum Consanguinitate queritur, mediæ, vel immediate per carnalem propagationem descendunt, & propterea consanguinei dicuntur.

Linea Consanguinitatis *Recta* continet illas personas consanguineas, quarum una ab altera descendit, quales sunt parentes, liberi. Hæc *Linea Recta* subdividitur in *Ascendentem*, & *Descendentem*. *Ascendens* est, in qua recta deorsum à persona generante ad generatam v. g. à patre vel matre ad liberos, & nepotes tenditur. *Ascendens* est, quæ recta sursum ascenditur, v. g. à filio ad patrem, & inde ad avum, proavum &c. cit. L. 1. ff. de *Gradibus*.

Linea Transversalis, seu *Collateralis*, seu obliqua continet illas personas, quarum nulla ab altera descendit, sed omnes ab eodem tertio communi, Stipite videlicet, seu communi principio & genitore proveniunt; qui propterea etiam Consanguinei *Collaterales* vocantur, quales sunt duo fratres, aut sorores utpote quorum nullus ab illorum aliquo, sed omnes ab eodem tertio, parte videlicet tanquam communi stipite descendunt, item duo patruels ab eodem Avo proveniunt. Hæc *Linea Collateralis*, vel *Transversalis* etiam subdividitur in *Aequalem*, & *Inæqualem*. *Aequalis* est, in qua sunt personæ pari seu æquali Gradu à communi stipite distantes, ut sunt duo fratres, quorum uterque uno tantum gradu à communi stipite, patre scilicet, distat. *Inæqualis* est, in qua existunt personæ, quæ inæquali Gradu à communi stipite distant, dum unus remotior alter eidem propinquior invenitur, ut Titius & illius fratris proles; nam Titius uno, ejusdem fratris proles verò duobus gradibus à communi stipite Cajo v. g. tanquam patre Titii & avo prolis à fratre Titii progenitæ distant.

Ubi tamen specialiter notandum, quodd, est juxta statim dicta, in linea transversali inæquali distantia personarum quoad gradus à sola remotiori persona desumi debeat, tamen proximiorum gradum etiam exprimere, semper expediens & sæpè necesse sit in casu, quo pro foro externo procuranda est dispensatio, ita, ut si sex duabus personis, de quibus queritur, una distet à communi stipite in quarto gradu, altera verò in tertio, supplicans exprimere deberet, quodd in tertio, & quarto gradu consanguinitatis sint conjuncti: quod idem etiam dic de Affinitate. Verùm de hoc amplius infra ad finem hujus libri in Appendice: ubi etiam diceamus, quod duæ personæ dispensationem petentes subinde non tantum unam, sed duplicem, vel multiplicem consanguinitatem, & multiplex impedimentum habeant, quæ cuncta exprimi debent, dum petitur Dispensatio.

Gradus est certa distantia unius personæ ab altera in ordine ad communem stipitem, tanquam originem Consanguinitatis, quo gradu seu distantia cognoscimus, quantum personæ consanguineæ distent à communi stipite, & inter se, consequenter inter eas propinquitas Consanguinitatis existat: Hoc totum magis adhuc capies ex sequentibus.

Queritur II. Quomodo fieri debeat computatio *Graduum* ad hoc, ut cognosci queat, quantâ propinquitatè conjunctæ sint, & quantum, seu quot gradibus distent ab invicem duæ personæ Consanguineæ? Ante responsionem notandum, aliter computari *Gradus* de Jure Civili in ordine ad successiorem hereditariam, aliter de Jure Canonico in ordine ad contrahendum Matrimonium. Qualiter fiat computatio *Graduum* de Jure Civili pro successione hereditaria, jam diximus *Lib. III. Tit. XXVII.* à n. 6. ubi vide. Quomodo autem fiat de Jure Canonico pro contrahendis Matrimonium, patebit


VERSICULI GLOSSÆ.

Non gignunt dextros, qui stant à parte sinistra.

id est, Collaterales, qui sunt à sinistra lineæ rectæ, non descendunt à collateralibus, qui sunt à dextra lineæ rectæ; & è contra.

Leva dat uxores, dat tibi dextra mares.

id est, Collaterales à parte sinistra descendunt ex Stemmate femineo lineæ rectæ; Collaterales verò à dextra descendunt ex Stemmate masculino lineæ rectæ.



Specialiter nota, quodd juxta dicta num. 15. omnes personæ in hac Arbore (exceptis quæ per genitivum exprimuntur) fortiantur & habeant nomen suum respectu personæ in medio existentis, ubi defacto est PETRUTIUS; ita ut, quæ in hac Arbore dicitur Pater, Mater, Avus, Patrus, Avunculus, Matertera, sit Petrutii Pater, Mater &c. Matertera &c. Unde si citò scire cupis, quoto gradu duæ personæ inter se distent, pone unam ex illis in cellula, ubi defacto est PETRUTIUS, & vide, an non altera sit aliqua ex reliquis personis v. g. an non sit ejus Patrus, Amitinus, Avunculus, vel Sororis aut Fratris proles, vel Neptos; hoc enim habito statim ex appositis numeris, vel applicatis Regulis supra positis, videbis quoto gradu inter se distent.

patebit ex Regulis infra num. 13. ponendis. Quæ ut magis intelligantur, atque quot gradibus distent, vel sibi conjunctæ sint personæ Confanguineæ, exhibetur hic *Arbor Confanguinitatis*, prout in Jure Canonico post sextum Decretalium librum habetur.

NB. Hic inseratur *Arbor Confanguinitatis*.

12. Pro intelligentia hujus *Arboris* notandum, quòd in quavis cellula ponantur duo numeri unus & quidem latinus supra, alter verò germanicus nempe, infra nomen: ubi per superiorem numerum designatur propinquitas & distantia gradibus secundum computationem Canonice pro contrahendis Matrimonii. Per inferiorem autem seu germanicum numerum designatur propinquitas & distantia gradibus secundum computationem Civilem pro successione hæreditaria, prout bene advertit Glossa in explicatione præfate *Arboris*. Hinc in computatione graduum pro contrahendo Matrimonio illos inferiores numeros germanicos attendere non debes, ne confundaris. H. N.

13. Resp. ad Quæsitum principale num. 11. positum, dando Regulam pro quavis Linea. Et quidem pro *Linea Recta* tam Ascendente, quam Descendente hæc est Regula: *Tot sunt gradus, quot sunt personæ, unâ demptâ*: si itaque scire vis, quot gradibus distet Abavus à te, pone te in vacua cellulam mediam, ubi de facto Petrotius existit, ac numeram unâ tecum personas usque ad Abavum inclusive, invenies quinque personas, deme unam, & erunt quatuor, consequenter tu & Abavus tuus distabis quatuor gradibus.

14. Pro *Linea Transversali*, seu *Collaterali* duplex est Regula, una pro *Equali*, altera pro *Inequali*. Pro *Linea Transversali Equali* hæc est Regula: *Quot gradibus quævis duarum personarum, de quibus quæritur, distat à proximo communi stipite, in quo conveniunt, seu à quo ambo proximè descendunt, tot gradibus distat inter se*. Quot autem gradibus quævis persona Collateralis distet à communi stipite, observare iterum debes Regulam præcedentem pro *Linea Recta* datam; quia quævis persona Collateralis in ordine ad stipitem communem censetur esse in *Linea Recta*, consequenter quot gradibus à communi stipite distat, juxta regulam *Lineæ Rectæ* debent computari gradus. Hinc quia quivis ex duobus fratribus aut sororibus uno tantum gradu distat à communi stipite, Patre nempe, utpote à quo immediatè ambo descendunt, sic etiam unico tantum inter se distabunt gradu. Econtra quia duo Patruales seu duorum fratrum proles *zweyen Brüder Kinder* duobus gradibus distant à communi stipite ab Avo scilicet, utpote à quo ambo proximè descendunt, sic etiam duobus gradibus distabunt inter se.

15. Pro *Linea Transversali Inequali*, sequens est Regula: *Quoto gradu remotior ex personis, de quibus quæritur, distat à communi stipite, à quo ambo proximè descendunt, tot gradibus distat inter se*. Hinc tu, & patruus tuus *deines Vaters Bruder* distabis in secundo gradu; quia tu tanquam remotior duobus gradibus, distas à communi stipite Avo nempe tuo, à quo vos ambo proximè descenditis, & à quo ille in primo, tu in secundo gradu distas.

16. Suppositis his Regulis, quæ à Glossa *cau. 37. q. 5. can. 6.* post *Arborem Confanguinitatis* præscribuntur, & ab unanimi DD. receptæ habentur, pergimus pro ulteriori, eaque practicâ declaratione *Arboris Confanguinitatis* juxta formam appressam. Ex hac enim statim & facile colliges, quoto gradu una persona ab alia distet, consequenter an Matrimonium inter se contrahere possit, nec ne!

dummodò unam ex personis, de quibus quæritur, ponas in illam mediam cellulam vacuam (in qua interea nomen *Petrutii* posuimus) & dein investiges de altera persona, utrum ad unam ex reliquis cellulis pertineat, & in ea poni possit; v. g. an altera persona sit *Petrutii* soror, aut consobrina, aut Matertera &c. siquidem (quod bene notandum) omnes personæ in reliquis cellulis posite, sumunt nomen à persona in vacua cellula posita. & respectu ipsius vocantur, (exceptis illis quæ per genitivum nominantur) ita ut, quæ in arbore supra posita vocatur, v. g. Pater, Soror, Matertera, Patruus, Filius &c. sit & censetur esse Pater *Petrutii*, Matertera *Petrutii*, Soror *Petrutii* &c. prout bene advertit Glossa *loc. cit.* quòd, si invenias alteram personam pertinere ad unam ex reliquis cellulis, jam inferes, eam non posse nubere *Petrutio*: si non invenis, inferes posse ei nubere; quia *Petrutius* in vacua cellula positus habet impedimentum Confanguinitatis cum omnibus & solis positis in una ex reliquis cellulis, utpote cum nulla ibidem reperitur persona, quæ non saltem in quarto Confanguinitatis gradu distet à *Petrutio*, qui gradus adhuc dirimit Matrimonium. Item nulla alia persona sit, quæ saltem in quarto Confanguinitatis gradu *Petrutio* conjuncta sit, & non exstat in una ex cellulis reliquis.

Quod, ut facilis capias, repeto, & aliter, ac 17 magis declaro: si vis cognoscere quanto Confanguinitatis gradu duæ personæ inter se distent, attende prius, an sint in *Linea Recta*, vel *Transversali*: si deprehendis eas esse in *Linea Recta*, accipe *Arborem*, pone in mediam cellulam unam ex dictis personis, & adhuc Regulam n. 13. positam.

Si in *Linea Transversali* existat, pone pariter unam ex illis in mediam illam cellulam, & quære, ad quam ex reliquis cellulis altera persona pertineat, statimque vide, in quo stipite communi proximo conveniant, seu à quo ambo proximè descendant; dein ulterius indaga, an una earum magis distet, & remotior sit à communi stipite, nec ne? Si nulla est remotior, sed æqualiter distat ab eo, observa Regulam num. 14. positam, & incipe numerare à qua ex duabus, de quibus quæritur, numerare vis; tantum enim distabunt inter se, quantum quævis earum à communi stipite: sic v. g. patruales seu duorum fratrum proles *zweyen Geschwister Kinder* distabunt duobus gradibus inter se; quia quævis earum secundo gradu distat à communi stipite Avo nempe eorum, utpote à quo ambo proximè descendunt.

Si autem una remotior sit ab illa persona in *Arbore* posita, ascendendo usque ad stipitem communem, à quo ambo descendunt, numerare incipe à remotiori; quot enim gradibus hæc remotior à communi stipite distat, tot distabunt inter se juxta Regulam num. 15. positam, v. g. pronepos fratris à sorore fratris distabit quatuor gradibus à communi, in quo conveniunt, stipite, qui respectu pronepotis est abavus, respectu sororis verò est dicti fratris pater: nam pater memorati pronepotis est filius fratris, pronepos autem ejusdem pronepotis est ipse frater sororis, Abavus tandem ipsius est pater fratris & sororis, in quo tanquam stipite communi tam pronepos quam soror, de quibus quæritur, tandem conveniunt.

Ubi, ne confundaris, advertendum, quòd, licet respectu personæ in vacua cellula (ubi de facto exempli gratiâ *Petrutius* est) posita, omnes alie personæ in reliquis cellulis collocatæ nomen suum habeant, & retineant, ipse tamen personæ in reliquis cellulis posite respectu earundem inter se nomen omnes non habeant; nam quæ in Arbore ponuntur

nuntur & respectu Petrii vocantur *frater, soror*, eadem respectu *pavris* in Arbore positae sunt liberi; item qui in Arbore ponitur & respectu Petrii vocatur *Ammulus* respectu Avi in arbore positus, est filius.

21. **Ceterum colligere, malè à nonnullis doceri ad cellulum vacuam, ubi de facto interim ponitur Petrius, pertinere, & poni debere stipitem, cum iuxta dicta, nullatenus stipes communis, sed una ex personis, de quarum Consanguinitate quaeritur, ibidem poni, & dein altera persona, in qua ex reliquis cellulis distat, indagari, ac tandem videri debeat, quantum, seu quot gradibus remotior earum à communi stipite proximo, in quo ambae conveniunt, seu à quo ambae proximè descendunt, distet.**

22. **Ubi ulterius advertendum, quòd, ut saepe jam repetitum est, indagandum sit à quo communi stipite proximo ambae personae v.g. Petrius & ejus Mater tera descendunt; quamvis enim proximum principium generationis, à quo Petrius descendit, sit Pater & Mater, tamen hoc principium non est commune utrique, Petrius nempe & Matertera, à quo ambobus descendunt, sed Avus; & quamvis etiam Proavus sit commune utriusque principium à quo uterque descendit, tamen non est commune principium, sive stipes utriusque proximus, sed Avus: ut proin notanter haecenus repetivimus à communi utriusque persone, de qua quaeritur, principio seu stipite proximo, utpote à quo, vel utique ad quem à remotiori persona numerari, & una demptà, numerus gradum defumi debet per dicta.**

23. **Quòd si quis Arborem ad manum non habeat, & tamen libenter scire vellet, an duae personae sint Consanguineae, & quot gradibus inter se distent, tantum breviter scrutetur, & investiget primum, an ab aliquo communi stipite per propagationem descendat; hoc habito videat, an in Linea Recta sint vel Transversali; cognito, quòd sint in Transversali, indagat, quemnam harum personarum sit remotior à communi stipite, quo perfecto numeret ab illa remotiori in Linea Recta usque ad communem utriusque stipitem proximam inclusive, & inferat tot gradibus distare remotiore à communi stipite, quot sunt personae una demptà, juxta Regulam n. 15. positam; consequenter tot gradibus easdem distare inter se, quot gradibus remotior à communi stipite. Si autem ambae personae equaliter distant, observet Regulam supra n. 17. positam, si ambas invenit in Linea Recta, habet paratam pro hac Regulam num. 13.**

Ne indignis amice Lector, quòd doctrinam hanc de Arbore Consanguinitatis tam simpliciter & tanta repetitione scribimus, quorum aliquos in hac re non parum confusos novimus.

24. **Quaeritur III. Quo usque seu ad quotum gradum Impedimentum Cognationis carnalis, seu Consanguinitatis, & quo Jure dirimat Matrimonium inter Consanguineos? Resp. I. Quamvis antiquo Jure usque ad septimum gradum inclusive in Linea Transversali Impedimentum Consanguinitatis Matrimonium dirimeret, can. Nullum. 7. can. de Consanguinitate. 17. cau. 35. q. 3. ibi: De Consanguinitate sua uxorem nullus ducat usque post generationem septimam, cum Concord. Tamen hodierno Jure in dicta Linea Transversali non nisi ad quartum gradum inclusive dictum Impedimentum dirimit Matrimonium. Unanimis ac certa, textu expresso c. Non debet. 8. h. 1. quod est ex Concilio Generali Lateranensi desumptum, ubi antiquae Constitutiones revocatè suère praemisà revocationis causà ac justificatione illis verbis: Non debet irreprensibile iudicari, si secundum varietatem temporum**

statuta quandoque varientur humana, praesertim cum urgens necessitas, vel evidens utilitas id exposcat; quoniam ipse Deus ex his, que in veteri Testamento statuerat, nonnulla mutavit in novo.

Resp. II. Impedimentum Consanguinitatis in Linea Recta Jure Ecclesiastico dirimit in infinitum, Abbas in c. Non debet h. i. num. 8. Sylvester v. Matrimonium. 8. q. 6. dist. 5. Engel h. 1. num. 9. & alii contra Sanchez lib. 7. Disp. 51. num. 22. Pontium, Fagnanum, & plures alios arg. l. Nepitia. 53. ff. de Ritu nuptiarum. ibi: Nuptiae consistere non possunt inter eas personas, quae in numero parentum, liberorumve sunt, sive proximi sive ulterioris gradus usque ad infinitum. Quae Lex cum nullibi reperitur correctà à Jure Canonico nam c. Non debet, videtur loqui de sola Linea Transversali in eo quoque observanda venit, quia sicut Leges non de quoque observanda venit, quia sicut Leges non dignantur sacros Canones imitari. Ita & sacrorum statuta Canonum Principium Consanguinitatis adjuvantur. Fundamentum Adversariorum adducere, & solvere topè suum videtur; quia, cum ipsi & omnes concedant, usque ad quartum saltem gradum hoc Impedimentum dirimere, ultra illum autem in praxi vix possibile sit casus, quòd quis ascendens quintam generationem in Linea Recta nubere possit, aut velit, mera speculativa foret de hoc disputatio.

Quaeritur IV. An Impedimentum Consanguinitatis non tantum Jure humano, sed etiam Divino & naturali Matrimonium dirimat? Resp. I. Impedimentum Consanguinitatis inter Consanguineos in Linea Recta quoad primum gradum, parentes videlicet, & liberos, dirimit Jure Divino, & naturali. Caret controversià. Et ratio est; quia ipse institutus naturalis Matrimonium inter parentes & liberos abhorret, ut proin merito dicitur l. Adoptivus. 14. §. 2. ff. de Ritu nuptiar. in contrahendis Matrimonii naturalis jus & pudor inspicendus est: contra pudorem est autem, filiam in uxorem suam ducere.

Resp. II. Quamvis aliqui cum D. Thoma in 4. 27. dist. 40. q. un. n. 3. & Sanchez lib. 7. Disp. 51. n. 19. velint, Impedimentum Consanguinitatis, Matrimonium ultra primum gradum Jure naturae non dirimere, consequenter Papam dispensare posse, quòd Avus neptem suam possit ducere in uxorem; alii verò ut Gorzal in c. Quod super 5. h. 1. usque ad quartum, alii usque ad septimum gradum dicto Impedimento vim tribuant ex natura Matrimonium dirimendi; probabilissimum tamen est, dictum Impedimentum Jure naturae in infinitum dirimere Matrimonium inter Consanguineos in Linea Recta, ut si Adam, vel Eva adhuc viverent, nulli ex omnibus hominibus nubere possent, ita Scotus in 4. dist. 4. §. De secundo. Sporer p. 4. cap. 1. sect. 1. n. 68. Herinx & alii Scotista, arg. cit. l. Nuptiae, & l. sibi de Ritu nuptiar. ibi: Jure gentium in celum committitur, qui in gradu ascendunt, vel descendunt uxorem duxerit. Concordat §. Ergo non omnes. Instit. de Nupt. Ratio est, quia omnes ascendentes respectu descendunt habent veram rationem principii, & veniunt nomine genitorum, & parentum; descendentes verò nomine liberorum, arg. cit. l. Nuptiae. 53. ff. de Ritu nuptiar. atqui inter parentes & liberos Jure naturae Matrimonium est irritum, l. Adoptivus. 14. ff. eod. ergo. Accedit, quòd non habeatur casus, quo cum aliquibus in Linea Recta dispensatum esset.

Resp. III. Inter Consanguineos Lineae transversae in primo gradu inter fratres nempe & sorores Matrimonium Jure naturae est nullum, ut proin in eo Papa dispensare non possit. Scotus in 4. dist. 40. q. un. ubi solvit rationes oppositae Sententiae, Gutierrez

Gutierrez de Matrim. cap. 98. nu. 20. Sanchez lib. 7. Disp. 52. nu. 11. Contra D. Thomam 2. 2. q. 154. a. 9. & plures alios citatos à Sanchez loc. cit. n. 10. arg. c. Gaudemus. 8. de Divortis, ubi Papa decrevit, quòd Infideles conversi ad fidem separari non debeant, si in secundo & ulteriori Consanguinitatis gradu existentes antea matrimonio juncti fuerint; quia Legibus Ecclesiae Infideles non ardentur; ergo à sensu contrario, si in primo gradu uniti essent, separandi forent, eò quòd talis gradus Jure naturae dirimat. Hinc etiam in Concilio Tridentino Sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 5. dicitur, in secundo gradu Consanguinitatis adhuc dispensari posse cum Principibus Personis; ergo à contrario in primo non, consequenter in primo gradu est contra Jus naturae.

29. **Ratio Conclusionis est; quia inter fratres & sorores est innatus quidam pudor, & reverentia naturalis, cui valde adversatur actus conjugalis, ad eò ut omne atem infideles nationes bene instruat, solo lumine naturali ductae ab hujusmodi conjugio abstinerint, & quae talia permittabant, barbarae reputabant. Hinc etiam nullibi legitur, quòd Ecclesia in primo gradu unquam dispensavit.**

30. **Nec obstat, quòd ab initio mundi Cain duxerit uxorem suam in uxorem. Resp. enim cum Dogore subtili, id factum esse ex necessitate ob defectum aliarum foeminarum, urgente alio pracepto naturali fortiori de conservando genere humano; concurrentibus enim duobus vinculis, quòd fortis est, liget.**

Dices, etiam multiplicato jam genere humano, & cessante illa necessitate, Abraham vir sanctus duxit Sarai uxorem suam, prout ipse fatetur Genes. 20. ibi: Vere soror mea est filia patris mei, & non filia matris meae. Resp. hoc dicit, quia Sarai fuit consanguinea Abraham, prout expressè habetur can. Quae ritur. 22. q. 3. ibi: Soror dicitur: quia filia fratris erat, utpote genita ex Aran fratre Abraham; siquidem in Scriptura S. etiam flos consanguinei dicuntur fratres & sorores, juxta quod aliqui ad Christum dixerunt Marci cap. 3. Ecce mater tua, & fratres tui (id est consanguinei) te foris quaerunt. Et Tobias junior vocat Saram uxorem suam, Tobias cap. 8. quae tamen fuit solum consanguinea ipsius. Quin imò observat D. Thomas p. 3. q. 28. a. 3. ad 5. quòd in S. Scriptura dicantur fratres quatuor modis, videlicet, naturà, gente, cognatione, & affectu.

31. **Resp. IV. In secundo & ulterioribus Gradibus Lineae Transversae, solo Jure Ecclesiastico, non item Divino dirimitur Matrimonium. Communis ac certa, arg. Concil. Trident. Sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 5. ubi expressè habetur, posse in secundo gradu dispensari; consequenter gradum secundum non dirimere Jure naturae; cum in hoc Papa nequeat dispensare. Accedit, quòd jam saepe, in secundo Consanguinitatis gradu fuerit dispensatum. Confirmatur ex cit. c. Gaudemus de Divortis, ubi Matrimonium infidelium inter Consanguineos in secundo gradu agnoscitur validum, consequenter non est contra Jus naturae.**

§. I. I.

De Affinitate, & Impedimento inde proveniente.

SUMMARIUM.

- 32. **Affinitas, & affines quid, ac unde?**
- 33. **Antiquo Jure triplex erat genus Affinitatis.**
- 34. **Hodierno autem Jure unicum tantum est. Inter Reifensituel Jus Can. Tom. IV.**

- quos? & num. seq.
- 35. **Pater & filius ex una parte possunt nubere matri & filiae ex altera parte: secus etiam duo fratres duabus sororibus.**
- 36. **Affinitas non tantum ex licita & conjugali copula, sed etiam illicita oritur.**
- 37. **Affinitas non oritur nisi ex copula perfecta ad generationem proles sufficientem.**
- 38. **Solvitur instantia.**
- 39. **Et sunt deductiones usque ad num. 44.**
- 40. **Ad contrahendum affinitatem requiritur, & sufficienter seminatō viri.**
- 41. **Contrahitur etiam per copulam cum muliere ignorante, aut dormiente habitam.**
- 42. **Solvitur obiectio, quòd requiratur etiam seminatō feminae.**
- 43. **Affinitas ex copula illicita usque ad secundum, ex licita vero usque ad quartum gradum dirimit.**
- 44. **Affinitas in nullo, etiam primo gradu Lineae Transversae dirimit Matrimonium Jure naturae.**
- 45. **Bene tamen in primo gradu Lineae Rectae ut proin Papa dispensare possit, quòd quis ducat fratris sui defuncti uxorem, non item quòd privignus ducat uxorem.**
- 46. **Aliud tamen est, si Affinitas ex copula illicita in primo gradu oritur.**
- 47. **Doctrina practica computandi & cognoscendi gradus Affinitatis. Et num. seq.**
- 48. **Conjux peccans cum Consanguinea conjugis vivens privatur jure petendi, non item reddendi debitum.**
- 49. **Quod peccat cum consanguinea in secundo gradu.**
- 50. **Incurrit etiam alias Juris penas, & mortuà conjugis innocenti non potest amplius nubere.**
- 51. **Etsi peccat cum consanguinea conjugis prius jam defuncti.**
- 52. **Requisita ad hoc, ut quis ob incestum cum consanguinea uxoris suae inhabilis ad nubendum usque ad num. 60.**
- 53. **Non requiritur, ut sit seminatō intra vas.**
- 54. **Quid hodie consuetudo habeat de hac inhabilitate.**
- 55. **Qui cognoscit consanguineam Sponsae, nec cum hac, nec cum illa potest Matrimonium contrahere.**
- 56. **Imò nec cum alia, si carnaliter cognita est Consanguinea in primo gradu. Est tamen hoc ultimum consuetudine atrogatum.**

Quaeritur I. Quid, quodplex, & unde sit Affinitas? Item inter quos dirimat Matrimonium? Resp. I. Affinitas est propinquitas personarum ex copula carnali perfecta proveniens. Ita in re communis. Dicitur autem Affinitas quasi duorum ad unum finem unitas, eò quòd duae cognationes diversa per nuptias, vel coitum copulantur, & alter ad ulterioris cognationis finem accedit; prout l. Non facile. 4. §. 2. ff. de Gradibus. bene advertit Glossa ad Arbor. Affinitas. cau. 35. q. 5. Cùm enim vir & foemina per copulam carnalem fiat una caro, juxta illud Genes. 2. Erunt duo in carne una, & i. ad Corinth. 6. Nescitis, quoniam qui adheret meretrici, unum corpus efficitur, hinc Consanguinei foeminae carnaliter cognite sunt Affines viri, & consanguinei viri carnaliter cognoscens sunt Affines foeminae carnaliter cognite.

Resp. II. Quamvis olim de Jure antiquo tria fuerint genera Affinitatis, primum nempe, secundum, & tertium, hodie tamen tantum unicum, id est inter tria antiqua datur. Quòd olim tria fuerint, patet ex can. De propinquitate. 3. cau. 35. q. 3. & refertur c. Non debet. 8. h. 1. ac optimè ibidem v. In secundo explicat Glossa. Primum Affinitatis

genus (quod etiamnum, & quidem solum durat) intercedit inter uxorem, & consanguineos viri, ac vicissim inter maritum, & consanguineos uxoris, quod, si mortuo v. g. viro uxor ejus alium virum accepit, inter hunc virum & consanguineos prioris mariti oriebatur secundum genus Affinitatis...

34 Resp. III. Hodierno Jure est unicum tantum genus Affinitatis, idque primum ex prefatis tribus, videlicet præcisè, & solummodo inter virum & consanguineos uxoris, seu alias carnaliter cognitas, & vicissim inter uxorem seu alias cognitam, & consanguineos mariti vel cognoscentis. Unanimis ac certa, textu expresso c. Non debet 8. h. t. ubi...

35 Hinc sequitur, atque expressè habetur c. Quid super 5. h. t. quod pater & filius ex una parte, sine omni dispensatione possint contrahere cum matre & filia ex altera parte: item duo fratres cum duabus fororibus, aut unus eorum cum matre, alter eam filia; item duo cognati aut consanguinei cum duabus consanguineis aliis; eò quòd (ut ibidem benè subjungitur) licet omnes consanguinei viri sint affines uxoris, & omnes consanguinei uxoris sint viri affines, inter ipsos tamen consanguineos viri ex una parte, & inter consanguineos uxoris ex altera parte nulla prorsus affinitas est contracta, propter quam inter eos Matrimonium debeat impediri.

36 Resp. IV. Affinitas oritur non solum ex copula conjugali licita, sed etiam ex illicita tam adulterina intra Matrimonium, quam fornicaria extra illud. Conclusio habet tres partes estque certa quoad omnes. Et quidem quòd ex copula conjugali licita oriatur, patet ex toto h. t. Quòd etiam ex adulterina sequatur, patet ex dicendis infra num. 53. Quòd tandem ex copula fornicaria extra Matrimonium oriatur, constat ex Concilio Tridentino Sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 4. cujus textum vide infra nu. 47. & c. Ex litteris. S. & c. Veniens. 9. De eo, qui cognovit consanguineam uxoris sue vel Sponsæ. Ratio est; quia non tantum per copulam conjugalem vir cum femina fit una caro, juxta Genes. cap. 2. sed etiam per copulam illicitam, ac fornicariam juxta textum 1. ad Corinth. 6. supra num. 32. citatum.

37 Resp. V. Ad hoc, ut copula sive conjugalis licita, sive fornicatio illicita inducat Affinitatem, & inde consequens Impedimentum, debet esse perfecta, & talis, quæ sufficit ad generationem proles, ita ut saltem vir intra vas femineæ seminet, Sanchez lib. 7. Disp. 64. n. 8. Bolco Disp. 12. de Impedim. Matrim. sect. 6. Concl. 1. Sporet p. 4. cap. 1. sect. 1. n. 74. Ratio est, quia idèd ex copula carnali confurgit Affinitas, quòd ob illam vir & femina fiant una caro, juxta dicta arg. con. Fraternalitatis 1. cau. 35. q. 10. atqui non fiant una caro, nisi copula...

fit perfecta & talis, quæ sufficit ad generationem proles, qualis est sola, quæ saltem vir intra vas femineæ seminat, arg. con. Lex Divina 18. cau. 27. q. 2. ubi Pontifex ait: Sed neque osculum parit propinquitatem: quòd nullam facit feminis commixtionem. Concordat can. Extraordinaria pollutio 11. cau. 35. q. 3. & c. 2. de Conversat. conjugat. atque amplius probat Sanchez lib. 2. Disp. 21. n. 5.

Nec obstat Conclusio c. Juvenis. 3. de Sponsal. 38 & c. Fraternalitatis. 7. de eo, qui cognovit, ubi etiam ille repellitur à conjugio cum illa, cujus consanguineam copulâ solum attentatâ & non perfectâ cognovit. Resp. enim, illum Attentatorem fuisse repulsum, non propter Affinitatem, utpote minime contractam, sed ob Impedimentum publicæ honestatis, quòd ex Sponsalibus cum priori consanguinea contraxerat.

Inferur I. Ex sola copula etiam vase penetrato factâ, semine tamen viri vel omnino non, vel extra vas muliebri emissio, non contrahit Affinitatem.

Inferur II. Illam etiam non contrahi ex copula sodomitica, nec ex quacunque alia pollutione extra vas generationi deputatum factâ, multò minus ex tactibus quantumvis enormibus.

Inferur III. Illam neque oriri ex Matrimonio rato nondum consummato, est ex eodem oritur Impedimentum publicæ honestatis.

Inferur IV. Pariter non oriri Affinitatem ex copula, in qua sola femina seminat. Ratio hujus & harum omnium illationem est, quòd ex his copulis & tactibus, utpote ad generationem minime sufficientibus, non fiat una caro inter copulatos carnaliter, consequenter nulla Affinitas, cujus causa principalis est carnis unitas inter carnaliter se cognoscentes per dicta supra num. 37.

Dicitur autem novanter in Conclusione, ita ut saltem vir intra vas femineæ seminet; quia hoc ad contrahendam Affinitatem sufficit, nec requiritur, ut etiam femina seminet, prout cum communiori & probabiliori aliorum rectè docet Sanchez lib. 7. Disp. 64. n. 17. & 21. Abbas in c. Fraternalitatis. 7. de eo, qui cognovit, in fine, & ibi Hostiensis ad finem, Sylvester §. Matrimonium. 8. quest. 15. Armilla §. Matrimonium. n. 26. & alii à Sanchez citati. Ratio est, quia per dicta nu. 37. & concordem aliorum etiam Adversariorum requiritur & sufficit talis copula, ex qua possit fieri generatio proles; atqui ad hujus generationem non requiritur, quòd etiam seminet femina, sed sufficit sola seminatio viri intra vas mulieris, ut ex sententia D. Thomæ p. 2. q. 31. a. 5. ad 3. Aristotelis, Avicennæ, & communiore Medicorum docet Sanchez loc. cit. & lib. 2. Disp. 21. n. 10. dicens: Sententiam D. Thomæ sequi omnes Doctores, quæ confirmatur etiam experientia, & confessione plurimarum honestarum & piarum, sive dignissimarum seminarum, de quibus fertur, eas omnino assecurasse, quòd sine ulla propria seminatione, & solo mariti semine conceperint.

Inferur proin cum Sanchez lib. 7. Disp. 64. num. 44. 7. oriri Affinitatem ex copula, viro seminate, habitâ, cum femina ignorante, dormiente, ebriâ item cum profusa invitâ, de qua ultima specialis extat textus c. Discretionem. 6. de eo, qui cognovit.

Nec dicas, contrariam sententiam dicentem, quòd etiam seminatio femineæ requiritur ad inducendam Affinitatem, esse probabilem, hoc ipso, quòd secundam probabilem sententiam ad generationem proles tantum femineæ quàm viri requiritur seminatio, prout pluribus relatis aliis ipse etiam Sanchez probable cenet lib. 2. Disp. 21. num. 7. 11. ergo etiam hæc sententia saltem in foro inter-

no practicari poterit, præsertim cum serviat pro multorum penitentium consolatione, & liceat sequi sententiam probabilem relicta probabiliori Resp. transmissio. An. negando Conseq. quia est, dato non concessio, etiam hæc sententia foret probabilis, tamen si nostra est probabilior, prout revera est, uti fatetur etiam plures ex Adversariis. neutiquam licebit illam probabilem sequi, eò quòd agatur de valore Sacramenti Matrimonii, utpote quòd per Affinitatem dirimitur, & invalidum evadit; quando autem agitur de valore Sacramenti, nullatenus licet sequi sententiam probabilem relicta probabiliori, prout apertè constat ex Decreto Innocentii XI. contrariam opinionem ordine ibidem primam damnantis.

46 Dices, Matrimonium est causa favorabilis, ita ut in dubio & controversia pro illa standum sit ac judicandum: ergo. Resp. An. in aliquibus esse verum de Matrimonio actu jam contracto, non autem de contrahendo, utpote ad quòd impedendum sufficit unus quoque testis, est cæteroquin inhabilis, de Impedimento testificans per dicta supra Tit. I. n. 315. arg. c. Præterea. de Sponsal. & Matrim.

47 Queritur II. Quosque, & quo Jure Affinitas dirimat Matrimonium? Quomodo item gradus Affinitatis sint computandi? Resp. I. Quamvis olim Affinitas Jure antiquo usque ad septimum gradum diremit Matrimonium, can. Nullum. 7. cau. 35. q. 3. cum Concordantibus, hodierno tamen Jure Affinitas ex licita copula conjugali proveniens, tantum usque ad quartum gradum includit inter maritum videlicet, & Consanguineos uxoris, & vicissim inter uxorem & Consanguineos mariti dirimit. Proveniens verò ex illicita copula, fornicaria videlicet, vel adulterina usque ad secundum gradum includit inter fornicatorem vel adulterum, & Consanguineos licite cognitos: ac vicissim inter hanc & Consanguineos fornicatoris vel adulteri. Communis ac certa. Et quidem prima pars de Affinitate ex copula conjugali licita textus expressus habetur c. Non debet. 8. h. t. ibi: Prohibitio copulae conjugalis quantum Consanguinitatis & Affinitatis gradus de cætero non excedat: quoniam in ulterioribus gradibus jam non potest absque gravi dispendio hujusmodi prohibitio generaliter observari. De Affinitate verò ex copula illicita habetur expressa dispositio Concil. Trident. Sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 4. Sancta Synodus gravissimis de causis adducta Impedimentum, quòd propter Affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & Matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum qui in primo & secundo gradu conjunguntur restringit, in ulterioribus verò gradibus statuit hujusmodi Affinitatem Matrimonium posse contractum non dirimere.

48 Resp. II. Nullus nec primus quidem gradus Affinitatis in Linea Transversali Jure naturæ dirimit Matrimonium, ut proin per dispensationem Papæ validè ac licite possit quis nubere forori uxoris suæ defunctæ, vel viduæ relicte fratris mariti defuncti. Scotus in 4. dist. 41. q. un. n. 4. Covarruvias de Matrim. p. 2. c. 6. §. 10. n. 7. Pontius lib. 7. cap. 34. Pirhing h. t. n. 34. cum communi aliorum, arg. c. fin. de Divort. ubi ex dispensatione Ecclesiæ permittitur conversis ad fidem, ut Matrimonium contrahatis, cum relicta fratrum utantur: quâ ratione cum Affinitas in primo gradu dispensantur Pontifices; ut Julius II. dispensavit cum vidua Regina Angliæ, ut nuberet defuncti Regis fratris Henrico VIII. quam dispensationem legitimam & validam fuisse, consultis prius celeberrimis Europæ Universitatibus, per speciale Bullam postea declaravit Clemens VII. unde ortum est infelicissimum Reiffenstuel Jus Can. Tom. IV.

illud Schisma, per quod Angliæ Regnum ab Ecclesiâ Romana Catholica desivit. Clemens VIII. etiam dispensavit cum Rege Poloniae, quòd nubere poterit forori defunctæ uxoris &c. Accedit, quòd Jacob sanctissimus Patriarcha duxerit Rachel, & Liam forores, Genes. 29. & Lex Moisaica jussit, ut frater duccret uxorem fratris sine liberis defuncti; quæ omnia fieri non poterant, si Affinitas in primo gradu Lineæ Transversæ Jure naturæ esset irritans.

Resp. III. Quamvis plures DD. ut Sanchez lib. 49. 7. Disp. 66. n. 7. Diana p. 4. tr. 4. resolut. 93. Pontius lib. 7. cap. 34. n. 5. & alii doceant, Affinitatem Jure Divino etiam in Lineæ Rectæ gradu primo non dirimere Matrimonium. Nihilominus sententia contraria dicens, Affinitatem in Lineæ Rectæ gradu primo. v. g. inter vitricum & privignum, item inter Novercam & privignum &c. Jure naturæ dirimere Matrimonium, probabilior videtur, eamque docet Sylvester §. Matrimonium. 8. q. 15. d. 6. Pirhing h. t. nu. 32. & alii, arg. l. Si ad Adulterium. §. 2. ff. ad Leg. Jul. de Adulter. & l. fin. ff. de Condit. sine cau. & ibi Glossa apertè dicens, tale Matrimonium contra Jus naturale & Civile esse, & can. Si vir. 15. cau. 35. q. 3. ubi dicitur: Si vir & uxor non jam duo sed una caro sunt, non aliter Nurus reputanda quàm filia; atqui cum filia Jure naturæ irritum est Matrimonium: ergo. Quibus accedit Concilium Arvernense cap. 14. ubi Matrimonium cum Privigno initum, Jure naturæ rumpi dicitur: unde & Gentes talia conjugia utpote incestu naturæ abominantur, 1. ad Corin. cap. 5. ibi: Audite inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes ita uxorem patris sui aliquis habeat. Ratio est; quia Vitricus & Noverca, foror & Nurus parentum loco veniunt §. Socrum. 7. Instit. de Nupt. & l. Quia parentis. 16. ff. Solutio Matrim. consequenter eisdem eadem ferè debetur reverentia à Privignis &c. quæ à liberis naturalibus. Confirmatur Ecclesiæ praxi, quæ nunquam legitur dispensasse cum Affinitas in primo Lineæ Rectæ gradu.

Intelligitur autem Conclusio de Affinitate ex copula licita conjugali, quia inter Affines in primo gradu Lineæ Rectæ ex copula licita Jure naturæ Matrimonium non dirimit satis conveniunt DD. eò quòd Jura & rationes de his non militent; & cum his S. Sedes jam sæpè dispensaverit teste Laymano lib. 5. tr. 10. p. 4. cap. 6. n. 6.

Resp. IV. Gradus Affinitatis mensurantur & computantur juxta gradus Consanguinitatis, ita ut quoto gradu Consanguinitatis aliquis est conjunctus personæ alicui carnaliter cognitæ, toto gradu Affinitatis ipse sit conjunctus illi, qui talem carnaliter cognovit: & vicissim quoto gradu Consanguinitatis quis est conjunctus personæ alicui aliquam carnaliter cognoscenti, toto gradu Affinitatis sit conjunctus personæ carnaliter cognitæ. Unanimis & certa textu expresso can. Perro. 3. cau. 35. q. 5.

Hinc ad cognoscendos Affinitatis gradus non est vit opus novâ Arbore Affinitatis, cum ex sola Arbore Consanguinitatis facile dignosci valeant. Scire enim cupiens vir v. g. An, & quoto gradu Affinitatis sit conjunctus alicui puellæ, tantum attendat, an ipsius Consanguineam habeat pro uxore, vel an aliquando unam ex Consanguineis talis puellæ carnaliter cognoverit: si non, inferat: ergo non sum affinis: si sic, inferat: ergo sum affinis; & ulterius indagat, quoto gradu Consanguinitatis talis puella sit conjuncta uxori, vel personæ carnaliter à se cognitæ, quò percepto, inferat; ergo eodem gradu Affinitatis sum tali puellæ conjunctus juxta tenorem Conclusionis. Quoto autem Consanguinitatis gradu menorata puella fit uxori tuæ, vel alteri

personae carnaliter à te cognita conjuncta, illi-
cò videbis ex Arbore consanguinitatis, si nempe
dicam puellam ponas in illam cellulam, ubi est
Erratus; & videas, ad quam cellulam ex reli-
quis pertineat persona à te carnaliter cognita; con-
sequenter quovo gradu Consanguinitatis conjun-
gatur illi puellae, juxta dicta supra §. præced. & Re-
gulas ibidem datas.

53. Queritur III. Quid Juris? praesertim an, &
quale Affinitatis Impedimentum, & poenas contra-
hat, si quis contracto jam Matrimonio, carnaliter cog-
noscat Consanguineam uxoris suae? Resp. I. Mar-
ritus, qui carnaliter peccat cum uxoris suae ad-
huc viventis Consanguinea in secundo gradu, vel
vicissim si uxor cum Consanguineo marito, contra-
hit quidem Affinitatem cum proprio conjugè, ita
tamen, ut per illam Matrimonium nullatenus dis-
solvatur, sed tantum privetur jure petendi diti-
tum conjugis peccans, quamvis illud reddere teneat
conjugi innocenti idem exigenti. Communis
ac certa. Et quidem, quòd Matrimonium non dis-
solvatur, textus expressus habetur c. *Discretio*.
6. c. *Tue fraternitatis*. 10. c. *Jordanus*. 11. h. t. cum Co-
cordantiis. Quòd verò conjugis peccans privetur ju-
re petendi debitum, & nihilominus illud reddere
teneatur petenti, textus est, c. h. t. ibi: *Nec debitum
petere potest, c. si. c. 6. & 10. h. t. ibi: Verjus* (eccans
nempe) *poterit, & debet cum Dei timore solvere ei
debitum conjugale*. Ratio subjungitur: *Cum Affinitas
post Matrimonium iniquè contracta illi nocere non de-
beat, quae iniquitatis particeps non exiit*.

54. Dicitur autem, notanter cum uxoris Consanguinea
in secundo gradu: quia Affinitas ex copula illicita
(qualis videtur est haec adulterina) consurgens,
secundum gradum non excedit juxta novissimam
Dispositionem Concilii Tridentini Sess. 24. de R. form.
Matrim. cap. 4. (textum vide supra num. 47.) & ad
praesens cum alio benè advertit Sanchez lib. 7. *Disp.*
35. num. 4. indeque rectè inferit, quòd peccans cum
conjugis Consanguinea in tertio gradu, jure peten-
di debitum non privetur.

55. Resp. II. Conjugis cum Consanguinea conjugis
suae carnaliter peccans (praeter alias poenas à Ju-
re Civili in tales delinquentes statutas) de Jure Ca-
nonico in poenam delicti incestuosi debet manere
innuptus, ita, ut cum nulla muliere possit amplius
contrahere Matrimonium, quamvis, si illud contra-
hat, valeat. Communis ac certa textu expresso c.
2. & 4. h. t. juncto cum. *Si quis. 5. cau. 35. q. 2.* quam
poenam etiam ipsa conjugis innocentis Consanguinea
cum altero peccans incurrit, arg. cit. cum. *Si
quis. 5. cau. 35. q. 2. & c. 1. h. t. ibi: Nec filiastra* (pri-
vigna, seu filia uxoris suae, cum qua maritus pecca-
verat) *nec ille ullo unquam tempore se poterunt Ma-
trimonio copulare*.

56. Procedit Conclusio etiam in casu, quo quis car-
naliter peccat cum Consanguinea conjugis prius
jam defunctae. Sanchez lib. 7. *l. ip. 15. num. 12.*
*Engel h. t. n. 5. Barboia in c. Transmissa. 4. de eo,
qui cognovit. Puring eod. num. 4. & alii contra* So-
lum & nonnullos alios à Sanchez citatos, textu ex-
presso. cit. c. *Transmissa. 4. eod.* ubi narratur casus de
copula carnali cum Consanguinea uxoris jam defun-
ctae habitae. Ratio est; quia etiam tunc adhuc ve-
rum committitur delictum incestus, ob quod solum
poena haec lata est.

57. Notandum tamen, ad hoc, ut praefata poena à
peccantibus incuratur, requiri I. quòd sciant se esse
affines, se unum ex peccantibus esse in primo,
vel secundo gradu conjunctum alterius peccantis
conjugi. Sanchez loc. cit. nu. 9. afferens ita docere
universos, arg. c. 1. de eo, qui cognovit, ibi:
Si quis scienter. Et Ratio est; quia alias verum &

formalem in eam non committunt; ob quod haec
poena lata est.

Ob eandem rationem, hanc poenam non incur-
rit femina per vim cognita, Sanchez loc. cit. n. 10.
*Engel loc. cit. nu. 7. Puring in c. de eo, qui co-
gnovit, n. 6.* Ratio est; quia in tali casu talis fe-
mina penitus nullam committit culpam, consequen-
ter nullam incurrit poenam, arg. c. *Discretionem. 6.
de eo, qui cognovit*.

Aliud est de Affinitate; haec enim, quia non ob
delictum, sed ex sola carnis unionem provenit,
etiam ab eo contrahitur, qui ignoranter carnaliter
cognoscit consanguineam uxoris, vel alterius à se
prius cognita.

Uterius requirit Sanchez loc. cit. num. 11. cum
aliis copulam perfectam, & quidem talem, quae ap-
ta est generationi prolis, ita ut saltem vir intra
vas feminae feminet; Verum haec doctrina non placet;
quamvis enim verum sit, requiri perfectam copu-
lam, ita ut vas mulieris verè penetretur, arg. cum.
Extrordinaria. 11. cau. 35. q. 2. & 3. tamen seminat
intra vas non videtur necessaria, eo quòd, haec poe-
na non proveniat ex sola perfecta carnis unionem, &
Affinitas, sed ex delicto incestus, quod verè & for-
maliter est tale, etiam si vir non feminet intraves, ut
omnes fatentur. Inò si vir vale penetrato ad evitan-
dam imprægnationem dein feminet extra vas, delictum
incestus minus est, & augetur, consequenter à
poena, quae principaliter intuitu delicti incestus à Ju-
re posita est, immunitio esse non debet.

Pro praxi tamen observandum cum Navarro in
Manual. cap. 22. n. 7. Poenam incestuosi, vi cuius
abstinere debet ab omni Matrimonio cum quacun-
que tandem contrahendo, hodie consuetudine con-
traria ubique esse abrogatam: vel si alibi adhuc
vigeret, posse saltem in eo dispensare Episcopum.

Queritur IV. Quid Juris, si quis cum Consan-
guinea suae Sponsae carnaliter peccet? Resp. Si quis
carnaliter cognoscit Consanguineam Sponsae in primo
vel secundo gradu, contrahit cum propria Spon-
sa Affinitatem, & ex hac Impedimentum dirimens,
ita, ut sine dispensatione Matrimonium cum illa va-
lidè contrahere non amplius possit. Communis ac
certa per dicta supra. Nec potest talem Sponsae Con-
sanguineam, quam carnaliter cognovit, in uxorem
accipere, si est in primo gradu Consanguinea Spon-
sae, eo quòd per praecedentia Sponsalia jam contra-
xerit Impedimentum publicae honestatis cum illa per
dicta. *Tit. IV. a. nu. 10.*

Inò si Sponsae consanguinea carnaliter cognita
est in primo gradu, v. g. Mater, aut soror, tunc tam
Sponsus, quam Sponsae Consanguinea peccans prohi-
betur imposterum cum quacunque alia Matrimo-
nium contrahere, cum *Si quis. 5. cau. 35. q. 2. & c.
2. c. Ex litteris. 8. de eo, qui cognovit.* Verum requiruntur
ad hoc etiam conditiones, quae requiruntur in
eo, qui cognovit Consanguineam uxoris in primo
vel secundo gradu; juxta dicta à nu. 57. Inò sicut
usu, aut consuetudine contraria abrogatam diximus
poenam abstinendi à quocunque alio Matrimonio in
cognoscete Consanguineam uxoris, sic idem dici-
mus modò servatis servandis de cognoscete Con-
sanguineam Sponsae quoad poenam abstinendi à Ma-
trimonio cum quocunque alia. Manentibus tamen
in suo robore Impedimentis Affinitatis, & publicae
honestatis provenientibus ex casu, quo quis cogno-
vit Consanguineam suae Sponsae.

TITULUS XV.

De Frigidis, & Maleficiatis, & Impo-
tentia coeundi.

SUMMARIUM.

1. Ratio continuationis.
2. Impotentia coeundi, quatenus est Impedimentum dirimens, quid?
3. Alia est naturalis seu intrinseca. Frigiditas, & Frigiditas? Ibid.
4. Alia Impotentia est accidentalis & extrinseca.
5. Alia perpetua, alia temporalis.
6. Perpetua non est, quae sine vi & periculo, est non sine periculo infirmitatis, aut incommodi gravis tolli potest. Et n. seq.
8. Impotentia alia est absoluta, alia respectiva.
9. Omnis & sola Impotentia perpetua dirimit Matrimonium.
10. Etiam respectiva.
11. Temporalis non dirimit.
12. Neque perpetua, si Matrimonium subsequitur.
13. Solvitur instantia.
14. Impotentia perpetua est, si vir intra vas seminare nequit.
15. Semen mulieris non requiritur, sed sufficit ad Matrimonium, si mulier semen viri recipere possit, nisi illud retinere non valeat. Et n. seq.
17. Steriles non habent Impedimentum Impotentiae, sed possunt nubere.
18. Hinc in quavis aetate quis nubere potest.
19. Nisi ita exhaustus quis esset, ut copulam perfectam habere non amplius possit.
20. Valet Matrimonium cum existente in periculo mortis, nisi vi morbi totaliter esset destructa potentia generandi.
21. Cum Spadonibus & Eunuchis nullum est Matrimonium, si utroque testiculo carent, secus est, si tantum uno carent.
22. Hermaphroditum secundum sexum prevalenter validè contrahit Matrimonium.
23. Si nullus sexus prevailet, juxta utrumque validè nubunt: & quomodo?
24. Possunt etiam secundum modum prevalenter sexum nubere: & quando?
25. Quis sexus prevailat, unde cognoscatur?
26. Qui dubitat, an laboret Impotentia perpetua, non potest licitè contrahere Matrimonium.
27. Si contracto Matrimonio dubium prius habitum adhuc perseveret, vel primum adventus de Impotentia perpetua, possunt & debent conjuges per triennium tentare copulam.
28. Si constat de impotentia perpetua, dubitatur autem, an praesertim, an verò subsecuta sit Matrimonium, presumitur praesertim, si Impotentia sit intrinseca.
29. Sive extrinseca, seu accidentalis.
30. Dummodò pars potens de ea in tempore conquerratur.
31. In dubio, an Impotentia sit extrinseca vel intrinseca, praesumitur extrinseca.
32. Et ita ordinariè fit.
33. Etsi conjuges certi sint de Impotentia perpetua, non possunt propriè autoritate sese ab invicem separare, debent tamen à copula abstinere.
34. Nec potest eos Impotentiam fatentes Juxta separare nisi prius fiat probatio.
35. Quae ordinariè fieri debet per inspectionem corporis.

36. Ad quam in feminis requiruntur & sufficiunt duae honestae Matriones.
37. In opere nuptiali expertae, sive Obstetrices sint, sive non.
38. Quae non tantum inspicere, sed etiam tangere debent multibria.
39. Ac dein suam depositionem juramento firmare.
40. Pro inspicendo viro requiruntur etiam ac suffi-
ciunt duo Medici, aut Chirurgi, si haberi possunt.
41. Subinde etiam ad feminam inspectionem requiruntur Medici.
42. Si per inspectionem manifestè apparet adesse Impotentiam perpetuam, illud sine alia probatione annullatur Matrimonium.
43. Si non physicè, moraliter tamen certum est adesse Impotentiam, declaratur Matrimonium nullum, accedente juramento conjugum, & propinquorum.
44. Si non nisi dubia signa Impotentiae apparent, debent per triennium tentare copulam.
45. Vel etiam per plures annos, si conjuges adhuc validè juvenes sint.
- Pubertas plena quid? Ibid.
46. Quos propinqui, vel alii testes jurare debeant in casu dubio? Et n. seq. ac num. 51.
48. Si elapso triennio mulier potens affirmet, habitam esse copulam, solvitur autem dubie impotens id negat, creditur mulieri.
49. Et e contra, si negat mulier, & affirmat vir, creditur viro.
50. Nisi mulier per evidentia signa veli contrarium probare.
52. Si per physicè vel moraliter certa signa appareat Impotentia perpetua potest contra Matrimonium quovis tempore proclamari. Et n. seq.
54. Solvitur obiectio.
55. Si verò signa sint dubia, unusquisque conjugum negat, alter affirmet Impotentiam, tunc post bi-
mestrem non amplius auditur, donec elapsum fue-
rit triennium.
56. Matrimonium ob Impotentiam annullatum, ite-
rum reintegratur, si postea constat, eam non
fuisse perpetuam.
57. Nisi Impotentia tolleretur per miraculum.
58. Aut ope demonis, vel aliis illicitis mediis.
59. Aut esset respectiva.
60. Vel ortum haberet à maleficio.
61. Scienter contrahens cum impotente, tenetur illi
tandem frater vel soror cohabitare, eique ne-
cessaria subministrare.
62. Perpetua cum Impotentia ex ignorantia contra-
hentes Matrimonium possunt ut frater & soror
cohabitare simul.
63. Nisi adsit periculum incontinentiae.
64. Si post contractum Matrimonium supervenit Im-
potentia perpetua, possunt & debent conjuges
cohabitare.
65. Tenentur tamen abstinere ab attentatione copulae,
non item à tactibus, vel osculis.
66. Conjuges tenentur asserere Impotentiam, & pati
incisionem etiam cum gravi molestia, & dolore.
67. Non item cum periculo mortis, aut gravissima in-
firmitatis.

Inter alia Matrimonii Impedimenta est etiam Im-
potentia coeundi, seu habendi copulam con-
jugalem: quae Impotentia quia ex varia causa, ut ex
nimia viri frigiditate, aut ex maleficio, aut aliunde
provenire potest, idèd praesens Titulus de quavis
tali Impotentia undecunque proveniente agit.

Queritur I. Quid ad praesens, & quòtuplex sit
Impotentia. Resp. I. Est irremediabilis ad habendam
copulam carnalem perfectam talem, quae fit per for-